

notabiliter, quod non licet iudici securitatem offerre delinquenti, ut confiteatur delictum spe veniæ promissæ: aliás talis confessio erit nulla, & non inducit probationem delicti. Et in terminis reperio, quod ita tenet Joan. de Imol. in consiliis suis, consil. 106. quod dictum reputat unicum, & singulare Hyppolitus de Marsil. in leg. 1. §. *Questioni fidem. de Quæstion.* de quo articulo aliás dixi in *materia delictorum. cap. 12. num. 6.* ubi omninó videas. Item etiam adde, quod ad hoc ut quis possit esse advocatus, requiritur quod studuerit per quinque annos: text. est in 1. *Proam. ff. cap. de Rat. & Metho. text. in leg. Petitiones. Cod. de Advocat. divers. Judic. text. in leg. Jubemus. §. penultim. eod. tit.* & utrobique communiter DD. Et talis advocatus, ita demum potest percipere salarium, quando se subscriperit in aliqua lite, vel causa, aliás non; ita disponit Pragmatica hujus Regni 54. fol. 56. ubi etiam vide de aliis conditionibus, & requisitis advocatorum.

6 Item adde, quod Procurator alicujus causæ non debet per se aliquod scriptum, vel allegationem facere sine consilio, & subscriptione advocati, vel Litterari, nec Petitiones aliquas Summarias, quæ attinent ad solemnitatem, & ordinem Processus, ut petere terminum probatorium, vel conclusionem in causa, vel quid simile, sub certa pœna; ita disponit Pragmatica. 40. fol. 33. & licet illa loquatur in Cancellaria Regali de *Valladolid*: tamen eadem ratio videtur, & est summè necessaria, & justa ut servetur in aliis partibus hujus Regni propter grave damnum, quod experientia constat provenire Partibus litigantibus; ut sæpè vidi defacto, & ita practicatur à peritis iudicibus, & maxima cura, & sollicitudine hoc procuravi in causis pauperum incarceratorum hujus Civitatis: Nam sæpè sæpius vidi, pro detestabili interesse pecuniario plures Procuratores agitare Causas Criminales, in defensione eorum allegando impertinentia, & nullius utilitatis, imò penitús contraria in causa ipsa principali, sine consultatione alicujus periti advocati.

7 Et hodiè in nostra Universitate Salmanticensi requiritur idem tempus, ut possit quis creari Baccalaureus, ut cavetur in Constitutionibus, & Statutis ejus, aliás posset puniri tanquam exercens officium, de quo non est capax, & teneretur parti ad interesse: argument. text. in leg. *Idem juris. ff. Ad leg. Aquil. & in leg. Illicitas. §. Sicuti Medico. ff. de Officio Pras. & ibi Alberic. & alii Doctor. idem Alberic. in leg. 1. Cod. de Advocat. divers. jud. idem Alberic. in Authentic. Hodiè. Cod. de Judic. Specul. in tit. de Advocatis. in fin. versic. Quid si per imprudentiam.*

8 Et adde, quod sicut per quinquenium quis præsumitur acquirere scientiam, ut possit advo-

cari, & creari Baccalaureus: ita Scholaris, qui est in studio, & gaudet beneficio Scholarium, si se absentat, & desinit revertere ad studium per quinquenium, præsumitur recessisse animo non revertendi, & amittit privilegia scholaribus concessa: ita probat textus singularis in jure in leg. 2. *Cod. de Primicerio, lib. 12.* per quem ita tenet ibi Bartol. Plat. & communiter DD. idem Bartol. in leg. *Aut facta. §. Tempus. ff. de Pœnis*; probat etiam text. in leg. 3. *Cod. de Domesticis, & prorectoribus*, & ibi communiter DD.

9 Et similiter, ad hoc ut possit quis creari Licentiatus, oportet quod publicè legat per alios quinque annos, & publicam repetitionem faciat, ut cavetur in *Constitutione 18. hujus Universitatis*, nisi per Summum Pontificem dispensetur, ut quotidie fit, & hodiè generaliter est dispensatum quoad omnes, nam sufficit studuisse ordinariè per dictos quinque annos, vel majorem partem eorum post gradum Baccalaureatus, & publicam repetitionem facere, licet per aliquod tempus non legerit; & ita quotidie fit & practicatur; & postea poterit liberè creari Doctor, nulla alia solemnitate requisita.

10 Item pro complemento hujus Legis quæro, quæ personæ possint esse Judices? Et breviter, & resolutivè respondeo, quod regulariter quilibet admittitur, nisi Lege reperiat prohibitus: quia in his, quæ sunt à jure permissa, facilius modus est personas prohibitas proponere, & per consequens aliæ censentur admittæ: text. est formalis & expressus in leg. *Cum Prator. ff. de Judiciis*, cujus verba sunt: *Cum Prator unum ex pluribus judicare vetat, ceteris id committere videtur*; & ibi Glos. ordinar. & communiter DD. text. in leg. 1. *Cod. de Sacrosanct. Eccles. text. in leg. 1. & per totum. Cod. Qui testam. sacer. poss. text. in §. 1. & per tot. Instit. Quibus non est perm. fac. Testam. text. in leg. 1. ff. de Verb. obligat. text. in leg. Qui accusare. ff. de Accusat. text. in leg. Ex eo. ff. de Testibus.* & particulariter prohibentur personæ, quæ continentur id dict. leg. *Cum Prator. ff. de Judic. & in leg. 4. tit. 4. 3. partit.*

TEXT. III.

11 **O**Rdenamos, y mandamos, que la solemnidad de la Ley del Ordenamiento del Señor Don Alphonso, que dispone quantos Testigos son menester en el Testamento, se entienda, y platique en el Testamento, abierto, que en Latin es dicho *Nuncupativo*, ahora sea entre los hijos, ó descendientes legítimos, hora entre herederos estraños: pero en el Testamento cerrado, que en Latin se dice in *Scriptis*: Mandamos, que intervengan à lo me-

nos

12 nos siete Testigos con un Escribano: los quales hayan de firmar encima de la Escritura del dicho Testamento ellos, y el Testador, si supieren, ó pudieren firmar; y si no supieren, y el Testador no pudiere firmar, que los unos firmen por los otros, de manera, que sean ocho firmas, y el signo del Escribano: Y mandamos, que en el Testamento del ciego intervengan cinco Testigos á lo menos, y en los Codicillos, si no tuvieren la dicha solemnidad de los intervenga la mesma solemnidad, que se requiere en el Testamento *Nuncupativo*, ó abierto, conforme á la dicha Ley del Ordenamiento: los quales dichos Testamentos, y Codicillos, si no tuvieren la dicha solemnidad de Testigos; Mandamos, que no fagan fe, ni prueba en Juicio, ni fuera de él.

13 **O**rdinamos, ac præcipimus, ut Solemnitas legis Ordinationis Domini D. Alphonso, quæ disponit quot Testes sint ad Testamentum necessarij, intelligatur atque exerceatur in Testamento, quod Latine dicitur *Nuncupativum*, tam inter filios, aut descendentes legitimos, quam inter heredes extraneos: Verum in Testamento clauso, quod Latine appellatur in *Scriptis*: Præcipimus, ut intersint ad minimum septem Testes, & Notarius unus: qui ipsi superscribant nomina super scripturam Testamenti cum Testatore, si norunt, aut possint scribere; Sin minus, neque Testator ipse possit, alij pro aliis superscribant, ita ut sint octo superscriptiones, & signum Notarii: Et præcipimus, ut in cæci hominis Testamento intersint ad minimum quinque Testes: Et in Codicillo adhibeatur eadem solemnitas, quæ in Testamento *Nuncupativo*, aut aperto, justa prædictam Legem Ordinationis: Quæ Testamenta atque Codicilla, si non habuerint prædictam solemnitatem, Præcipimus ne ullam fidem, aut probationem faciant in Judicio, aut extra judicium.

COMMENTARIJ

In Legem III.

SUMMARIUM.

14 Quo jure sit introductum Testamentum? Vide in principio.

- 1 Quæ personæ prohibeantur testari.
- 2 Impubes, an possit testari?
- 3 & 4. An Princeps possit atatem Minori supplere in actu testandi?
- 5 Pubes habens curatorem, an possit testari?
- 6 Furiosus prohibetur testari.
- 7 Mentecaptus, an possit testari?
- 8 Quando dubitetur, an fecerit quis Testamentum tempore furoris, vel sana mentis, quid

- 9 Fatuus, an possit testari?
- 10 Filius familias, an possit testari?
- 11 Condemnatus ad mortem, an possit testari?
- 12 Servus, an possit testari?
- 13 An possit testari Monachus?
- 14 An possit testari Prodigus?
- 15 Excommunicatus, an possit testari?
- 16 An Mutus & surdus possit testari?
- 17 An ille qui nulla bona habet possit testari?
- 18 Si quis cepit facere Testamentum cum solemnitate requisita, & non perfecit, an valeat id quod disposuit?
- 19 Declaratio ad textum in leg. 1. tit. de los Testamentos. lib. 5. Ordinamenti.
- 20 Si quis testatur in alio Regno, quam formam debet adhibere?
- 21 Si Testamentum est factum in alia lingua diversa, an possit per unum interpretem declarari?
- 22 Si quis testetur in loco infidelium, Quæ solemnitas requiratur?
- 23 Quæ sit forma Testamenti.
- 24 Ratio per quam requiratur tanta forma in Testamento de jure communi.
- 25 Testes adhibiti in Testamento debent esse Masculi.
- 26 Testes debent esse puberes.
- 27 Testes debent esse liberi.
- 28 Quid? si loquimur in Testamento *nuncupativo*.
- 29 Testes debent esse rogati.
- 30 Testator & Testes debent subscribere.
- 31 Quid? si Testator non scit scribere.
- 32 Testes, per hanc legem non requiruntur quod subscribant.
- 33 An requiratur quod dicat Testator uno, & eodem contextu illud esse suum Testamentum?
- 34 An Nomen heredis debeat scribi per Testatorem manu propria?
- 35 In Testamento in scriptis, an requiratur publicatio?
- 36 An ille qui non est scriptus in Testamento, sed præteritus, vel exhæredatus possit petere à iudice, ut publicetur?
- 37 Si Testamentum in scriptis fiat manu *Tabellionis*, si requiratur publicatio?
- 38 An hodie per istam Legem possit fieri Testamentum in scriptis manu, & scriptura privata, secuta legitima publicatione.
- 39 & 40 Sententia negativa statuitur, & fundatur.
- 41 Solutiones ad fundamenta pro contraria parte.
- 42 An in Testamento in scriptis requiratur Dies, Mensis, & Annus?

- 43 Si Testamentum fiat manu propria sine Tabellione, si requiratur Dies, Mensis, & Annus?
- 44 Si requiratur publicatio in Testamento facto manu propria?
- 45 Quid de Testamento nuncupativo, & de ejus solemnitate?
- 46 An requiratur publicatio in isto Testamento nuncupativo?
- 47 Quid corrigatur de jure regio de ista solemnitate Testamenti nuncupativi?
Si posit haberi Tabellio, & in Testamento non interveniat, an valeat? Ibidem vide.
- 48 An tempore pestis valeat Testamentum cum minori solemnitate?
- 49 Testamentum modò in scriptis, modò nuncupativum debet fieri uno & eodem contextu.
- 50 Ex quaestione supradicta vide aliquas illationes.
- 51 Quae solemnitas requiratur in Testamento caci?
- 52 An in Testamento caci debeat intervenire Tabellio de jure regio?
- 53 Quando pater testatur inter liberos, quae solemnitas requiratur?
- 54 Quid? si mater testatur.
- 55 Istud Testamentum conditum cum ista solemnitate non dicitur Codicillus.
- 56 Hoc limitatur.
- 57 In Testamento inter liberos, oportet quòd omnes filii sint instituti.
- 58 In Testamento inter liberos extraneus non debet institui.
- 59 Quid hodiè de jure regio in Testamento inter liberos?
- 60 Confirmationes pro opinione superiori.
- 61 Solutio ad difficultates pro Parte Contraria.
- 62 Qualiter intelligatur conclusio, Quòd in Testamento inter liberos censeatur apposita clausula Codicillaris.
- 63 Quid operatur clausula Codicillaris?
- 64 Secundùm, quòd operatur clausula Codicillaris.
- 65 Tertium, quòd operatur ista, clausula.
- 66 Forma, & solemnitas Codicillorum.
- 67 Quid sit de jure regio?
- 68 Sicut Testamentum inter liberos valet de jure communi cum duobus testibus, ita Codicillus inter liberos quando sit nuncupativo modo.
- 69 Quae solemnitas requiratur de jure regio in Codicillis?
- 70 In Codicillis sufficit quòd sint Testes Foeminae.
- 71 Hoc etiam procedit de jure Regio.
- 72 Si Testator voluit facere Testamentum, & non

- adhibuit solemnitatem requisitam in eo, an valeat ut Codicillus?
- 73 Sed si apponitur clausula codicillaris, an valeat ut Codicillus?
- 74 Casus, in quibus tacitè censeatur apposita clausula codicillaris ex praesumpta mente defuncti.
- 75 Effectus, qui resultant ex eo quòd apponatur clausula codicillaris expressè, vel tacitè.
76. 78. & 79 Secundus, & tertius effectus, qui resultant ex apositione clausula codicillaris.
- 77 Per clausulam codicillarem videtur testator gravare venientes ab intestato restituere per viam fideicommissi ea quae reliquit in minus solemnitate.
- 80 Filius, vel descendens gravatus restituere hereditatem, an possit devahere duas quartas? & sunt tres opiniones diverse.
- 81 Secunda opinio in hac quaestione.
- 82 Tertia principalis opinio.
- 83 Filius gravatus, an computet in quartam Trebellianicam fructus perceptos, & an extraneus computet?
- 84 Ratio pro opinione supradicta.
- 85 Hac opinio habet locum in descendentibus, non autem in ascendentibus.
- 86 Quartus & quintus effectus clausula Codicillaris
- 87 Fundamenta pro quarto, & quinto effectu.
- 88 Sextus effectus clausula codicillaris.
- 89 Qualiter Testamentum revocetur.
- 90 Primus modus, per quem revocatur Testamentum.
- 91 Si probatur, quòd casu, vel occasione facta est cancellatio, an revocetur Testamentum?
- 92 Secundus modus, per quem revocatur Testamentum, scilicet per secundum Testamentum postea factum, quando in primo non fuit apposita clausula derogatoria.
- 93 Si in secundo Testamento apponatur revocatio clausula derogatoria primi Testamenti, an valeat secundum Testamentum?
- 94 An sufficiat generalis mentio prioris clausula derogatoria, aut debeat fieri specialis?
- 95 Si in Testamento interponitur juramentum, an possit revocari?
- 96 Juramentum interpositum in Testamento habet vim clausula derogatorie.
- 97 Tertius modus, per quem revocatur Testamentum.
- 98 Venientes ab intestato debent esse proximiores in gradu, non remotiores.
- 99 Si sint instituti in primo Testamento venientes ab intestato, vel saltem unus eorum, an revocetur per secundum minus solemniter?

100 Quid

- 100 Quid sit de jure regio?
- 101 Illationes, quae patent ex regula superiori.
- 102 An primum Testamentum legitime factum revocetur per verbalem revocationem?
- 103 & 104 Limitatio ad communem opinionem.
- 105 Si Testator incepit facere Testamentum, & aliqua disposuit, & non perfecit, quia loquelam amisit, vel aliàs, an valeat id quòd disposuit?
- 106 Conclusio, quae habet, quòd Testamentum imperfectum ratione voluntatis non consummata est nullum, extenditur pluribus modis.
- 107 Si Testator ultimè complevit Testamentum, & mortuus est antequàm sibi legeretur, an valeat, & probet voluntatem defuncti?
- 108 Testamentum factum inter liberos, vel ad alias causas, licet non legatur Testatori, an valeat?
- 109 Si quis interroget Testatorem, an eum, vel alium per eum nominatum instituat, & Testator dicat expressè quòd sic, an valeat institutio?
- 110 & 111 si Testator non possit loqui, an possit testari nutu, vel signis?
- 112 Si Testator consummavit Testamentum, & in continenti expiravit; an in dubio presumatur carere sensu, vel non?
- 113 Legata, an possint relinqui nutu, vel signis?
- 114 Si heres institutus sit nutu, vel signis; an illa institutio convertatur in fideicommissum?
- 115 Si Testator in institutione posuit verba dubia, quae possint intelligi dispositiva, vel aliter, an valeat talis dispositio?
- 116 Si verba Testatoris sunt dubia, quae possunt trahi ad sensum perfectum de presenti, vel ad sensum non perfectum de futuro, quomodo valeat dispositio?
- 117 Si Testator in legato posuit verba dubia, taliter quòd non constet de sua expressa voluntate & rogatis testibus id fecit; an valeat?
- 118 Si pater coram sufficienti numero testium melioravit filium suum, an requiratur quòd sint rogati testes?
- 119 Quando quis habet facultatem eligendi, licet dicat volo eligere talem personam, an valeat electio?
- 120 Si Testamentum sit factum cum minus solemnitate, heres institutus an possit retinere hereditatem cum bona conscientia?
- 121 Si heres non confecit Inventarium, an teneatur in foro conscientia ultra vires hereditarias?
- 122 & 123 Successores ab intestato, an licitè possint petere bona ab herede instituto in minus solemnitate.

Anton. Gomez. in Leg. Tauri.

- 124 Illationes, quae deducuntur ex opinione supradicta.
- 125 Si post completam praescriptionem superveniat mala fides, an possessor sit securus in conscientia?
- 126 Si Testator infirmitate gravatus dicat, si ex hac infirmitate accessero, instituo talem heredem, & evasit ab illa infirmitate, an valeat illa institutio.

NOta ex ista lege solemnitatem, & formam requisitam in Testamento Nuncupativo, & In scriptis. Pro cuius perfecta declaratione in primis quaero, quo jure sit introductum testamentum? Et breviter, & resolutivè dico, quòd respectu inventionis & originis, est de jure gentium, & sic naturali secundario, quo gentes disponebant de suis bonis post mortem, ut probatur in multis partibus veteris testamenti; ubi habetur, quòd Antiqui Patres testabantur de suis bonis: respectu verò formae & solemnitatis, dicitur esse de jure civili; ut in leg. 1. & per totum. maximè in leg. 3. ff. de Testament. & in leg. 1. per totam. Cod. Eodem titulo. & in leg. 1. Cod. de Sacrosanct. Eccles. & in expressò ita tenet Bartol. in leg. Interdum. ff. de Condi. indeb. 2. column. num. 6. & ibi communiter DD. idem Bartolus in Rubric. ff. de Adquirend. heredit. 2. column. & 2. quaest. & ibi Moderni; Baldus in leg. 1. Cod. de Sacrosanct. Eccles. 4. column. 3. quaest. & in effectu post multa ita concludit Barb. in Rubric. extra. de Testament. 3. column. & Martinus de Laude in Tractatu Primogeniturae. 1. column. 5. quaest. facit etiam doctrina Bald. in Rubric. Cod. de Contrahend. emptio. 1. column. ubi dicitur, quòd licet actus, vel contractus habeat formam, & solemnitatem de jure civili; tamen inventionem, & origine dicitur de jure gentium, quo fuerunt inventi.

Item quaero, quae personae prohibeantur testari? Quia quaesituri de aliquo actu, prius oportet quaerere, & investigare de personis, quae possint, vel non possint illum gerere, & à nobiliori subiecto incipere; ut in leg. Si queramus. ff. de Testament. & quando actus est de jure permissus, quilibet admittitur, nisi reperitur prohibitus; argumento text. in leg. 1. Cod. de Sacrosanct. Eccles. argumento etiam text. in leg. Qui accusare. ff. de Accusat. cujus verba sunt: Qui accusare possunt, intelligemus, si scierimus qui non possunt, itaque prohibentur accusare. &c. & ibi notant DD. text. in leg. Cum Prator. ff. de Judic. text. in leg. Ex eo. ff. de Testib. text. in leg. 1. & per totum. Cod. Qui Testament. facere possunt. in §. 1. & per totum. Instit. Quibus non est permiss. facere Testament. text. in leg. 1. & per totum. Cod. Qui accusare non possunt, & ibi Glos. ordinar. & communiter DD.

B

2 Et Magistraliter, & resolutivè dico, quòd prohibetur testari impubes minor. 14. annorum, si est masculus; & minor. 12. si est femina: quia non præsimitur habere integrum, & perfectum iudicium ad testandum: text. est in leg. *A qua etate. ff. de Testament. text. in leg. Si frater. Cod. Qui Testament. facer. poss. text. in leg. fin. Cod. de Testament. milit.* ubi ostenditur, quòd etiam ex privilegio militari non possit: text. in §. *Praterèa. Institut. Quibus non est permis. facer. Testament. text. in leg. 13. tit. 1. 6. Partit.* Et in tantum hoc est verum, quòd licet in aliis actibus malitia suppleat etatem; quia in contractibus, impubes proximus pubertati etiam sine autoritate tutoris obligatur naturaliter: ut in leg. 1. §. 1. in fin. ff. de *Novat. & in leg. Si Pupillus. ff. Ad leg. Falc. & in §. Pupillus. Institut. de Inutil. stipul. & in §. Praterèa. Institut. Quibus mod. tollit. obligat.* In delictis etiam malitia suppleat etatem; quia impubes proximus pubertati potest delinquere, & tenetur ex delicto: text. est in leg. *Pupillum. ff. de Regulis juris. text. in leg. Impuberem. ff. de Furt. text. in §. In summa. Institut. de Obligat. que ex delict. nascunt.* Item, in matrimonio malitia suppleat etatem; quia impubes doli capax, & aptus ad copulam potest contrahere matrimonium: ut in cap. *Juvenis. de Sponsalib. & in cap. De illis. de Desponsat. impuber. & ibi communiter DD.* Tamen in testamento malitia nunquam supplet etatem, aded quòd, licet minor impubes sit proximus pubertati, & prudentissimus, & sagacissimus sicut Rex Salomon, non potest testari; quia requiritur tempus perfectum, & consummatum, ut dictum est: ita singulariter tenet Baldus in leg. *Humanitatis. Cod. de Impub. & aliis. subst. 7. colum. versic. octava differentia;* Paulus de Castro in leg. *A qua etate. ff. de Testamentis. in fin. Joan. de Imol. in cap. 1. extra, de Testament. 6. colum.* Quod extendit, ut procedat, & habeat locum etiam si vellet testari ad pias causas: argumento text. in leg. *final. Cod. de Testament. milit. & ibi tenent communiter DD.* Tenet etiam Bartol. in leg. 1. Cod. de *Sacrosanct. Eccles. 3. & 4. colum.* Baldus in leg. *Si frater. Cod. Qui Testament. facer. poss. & ibi Jacob. Anchar. & Imol. in cap. 1. extra. de Testament. Aber. in leg. Frater à fratre. ff. de Condict. Indebit. 7. colum.* ubi plus dicit, quòd ex tali Testamento non oritur etiam obligatio naturalis.

3 Item adde, quòd in tantum impubes & sic minor non potest testari, ut Princeps, vel Rex

non possit ei dare licentiam, & facultatem ad hoc, nec etatem supplere; quia cum defectus iudicii, & intellectus censeatur naturalis, non potest Rex, vel Princeps illum supplere: ita probat text. singularis & melior de jure in leg. *fin. Cod. de Testam. milit.* per quem ita tenet Baldus in leg. *unica. Cod. de Confessis. 2. colum. num. 85. versic. Quero, qua sunt exempla.* Probat etiam text. in leg. *Cum Prator. ff. de Judiciis,* ubi habetur, quòd pu bes non potest esse Judex, quia prohibetur à natura. Sed ego teneo contrarium, imò, quòd Rex, vel Princeps possit talem licentiam, & facultatem concedere: Primò, quia licet non possit concedere, & supplere defectum iudicii; tamen nobis non constat, neque est certum, quo tempore & etate Minor illud habeat: Unde, Lex præsumptivè statuit pubertatem in 14. anno in Masculo, & in 12. in Femina; & tamen negari non potest, quòd posset lex aliud tempus statuere, & præfigere: Ided teneo, & infero, quòd Lex communis, 4 Statutum, Rex, vel Princeps possit concedere, quòd impubes, & sic minor. 14. annorum, & Femina minor. 12. proximus tamen pubertati, non omnino infans, possit testari. Secundò, quia talis impubes, & proximus pubertati potest de jure contrahere, & quasi contrahere, saltè ut obligetur naturaliter; & similiter potest delinquere, & ex delicto obligari, ut suprà dixi, & probavi, quia habet aliquem sensum, & intellectum, licet non perfectum: ergò in testamento poterit etiam Lex, vel Princeps idem disponere, & concedere. Tertiò facit text. in dict. *Leg. fin. Cod. de Testament. militis,* ubi habetur, quòd Lex anti-qua concedebat pupillo, & impuberi, si erat miles, & in numero Tribunorum, & Capitaneorum, facere testamentum: ergò hodiè Lex, vel Princeps poterit similiter concedere: & in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in leg. *Si queramus. ff. de Testam. 2. colum. num. 6.* Paul. de Castr. in leg. *Rescripta. Cod. de Precib. Imperat. offer. 2. colum.* Angel. de Perus. in dict. *Leg. fin. Cod. de Testam. milit. & ibi Alexand. Jason. & Philip. Cor.*

Pubes verò, & sic adultus, etiam habens curatorem, benè potest testari: text. est notabilis in leg. *Aurelio. §. Gajus. ff. de Liberat. legat. & ibi tenet Glos. ordinar. Bartol. Alber. & communiter DD. text. in leg. Cum pater. §. Curatoris. ff. de Legat. 2. & ibi etiam communiter DD. tenet etiam Gloss. ordinar. Bartol. & communiter Doct. in leg. 1. §. Fuit quæsitum. ff. ad Trebell. (A)*

(A) Imò, quòd plus est, curatore invito & reluctante, puberem testari posse etiam de rebus immovilibus, tenet Marsil. singulari 465. Alciat. in leg. *Verba contraxerunt. ff. de Verbor. signific. Guillelm. Benedictus in cap. Raynutius. verb. Adjecta impuberi. num. 90. de Testament. Tiraquel. in leg. Si unquam. verb. Donatione largitus. num. 402. Cod. de Revocand. Donat. Quod etiam in donatione causa mortis facilius obtinere credimus, cum liberius faciliusque revocari possit, quam testamentum,*

nem-

Neque obstat, quòd adultus habens curatorem æquiparetur minori impuberi tutorem habenti: ut in leg. *Si Curatorem habens. Cod. de In integr. restit. Quia illud debet intelligi quòd contractum, & obligationem, per quam ipse tenetur alteri: secus verò quòd testamentum; quia potest liberè testari sicut major, & bona sua etiam immobilia alienare, legare, & super eis ad libitum disponere; imò ipsum curatorem instituere, & licentiam executoribus dare vendendi bona immobilia sine decreto: ita expressè probant prædicta jura, & tenet Glos. & communis opinio in dicta *Leg. Si Curatorem habens. Bald. in leg. 2. Cod. Quando decreto opus non est. Idem Bald. in leg. 1. ff. de Rebus eorum. 2. notabil. num. 1. Salic. in leg. Ea Lege. Cod. de Condict. ob causam. penult. colum. Jason. in leg. Si frater. Cod. Qui Testament. facer. poss. Ex quo infero, quòd licet mulier conjugata hodiè in nostro Regno non possit contrahere sine licentia mariti, tamen benè poterit testari. (b)**

6 Item, prohibetur furiosus qui perpetuo morbo laborat, vel qui habet dilucida intervalla, & testatur tempore furoris, secus si alio tempore quo est in sana mente; & hoc quia caret iudicio & ratione, quod est fundamentum principale testamenti; & licet sanitas corporum non requiratur, tamen benè requiritur sanitas mentis & intellectus: text. est in leg. 2. ff. de Testament. text. in leg. *Furiosum. Cod. Qui Testament. facer. poss. & ibi communiter DD. text. in §. Praterèa. versic. Item furiosus. Institut. Quibus non est permis. facer. Testament. text. in leg. 13. tit. 1. 6. Partit. (c)* Ex quo inferitur, quòd idem est in frenetico; quia, si ex gravitate morbi superveniat frenesis, non poterit testari; ita Bald. in leg. 2. Cod. de *Restit. vendit. 10. quest. idem Bald. in leg. Humanitatis. Cod. de Impuber. & aliis. fin. colum. idem Bald. in leg. Quidam in suo. ff. de Condit. Institut. Jason. in dict. *Leg. Furiosum. 2. colum. Roderic. Suar. in Allegat. suis. Allegation. 1. pro quibus facit textus in leg. Ob qua vitia. ff. de Milit. edict. text. in cap. Cum dilectus. de Success. ab intestato.**

7 Item adde, quòd idem est in mentecapto, quia non potest testari, & omnia quæ simul sunt dis-

posita in furioso, habent locum in mentecapto: text. est in leg. *In adversa. ff. de Testament. cujus verba sunt: In adversa corporis valetudine mente-captus eo tempore Testamentum facere non potest. text. in leg. Humanitatis. Cod. de Impuber. & aliis. text. in leg. Si furiosi. Cod. de Nuptiis. Inter quos ista est differentia facti & morbi, non juris: quòd furiosus est ille, qui habet rabiem furoris, & sævam dementiam, quam ostendit actibus exterioribus: mentecaptus verò est ille, qui habet mentem oppressam, & quietam sine iudicio, & intellectu: & quando Lex, modò sit favorabilis, modò odiosa, loquitur de uno, semper intelligitur de alio: ita determinat formaliter Baldus in leg. *Humanitatis. Cod. de Impuber. & aliis. 3. colum. num. 15. ubi Angel. & Jason. 2. colum. idem tenet Baldus in leg. Si furiosi. Cod. de Nuptiis. & in dict. *Leg. Furiosum. Cod. Qui Testament. facer. poss. 2. colum.***

Item adde, quòd si dubitetur, an fecerit testamentum tempore furoris, vel tempore sanæ mentis, & sic in dilucido intervallo? ista est vera, & notabilis præsumptio & conjectura, quòd si tempus testamenti erat vicinum, & proximum tempori furoris, maxime si verba testamenti arguant defectum iudicii & intellectus, præsumitur factum tempore furoris, & non valet; si verò tempus testamenti erat valdè remotum ab ipso tempore furoris, & maxime si verba testamenti, & qualitas dispositionis arguant sanam mentem, & intellectum, tunc præsumitur factum tempore sanæ mentis, & in dilucido intervallo, & valebit, & tenebit; argumento text. in leg. *Patronus. §. fin. alias, lex. Nec fideicommissa. ff. de legat. 3. text. in leg. His. §. fin. ff. de Tutor. & Curator. dat. ab his: text. in leg. Quidam. ff. de Condit. Institut. text. in cap. fin. de Succession. ab intestat. & in effectu ita tenet Bald. in dict. *Leg. Furiosum. Bartol. leg. 2. de Bon. possessio. furios. Infant. Mut. & c. compet. Joan. de Imol. in leg. Qui Testamento. §. Nec furiosus. de Testament. Angel. de Aret. in §. Testes. Institut. de Testam. Abb. in cap. fin. de Succession. ab intestat.**

Item adde, quòd licet furiosus, & mentecaptus non

nempè sola penitentia; ut in §. 1. Institut. de *Donat. in leg. fin. tit. 1. partit. 5. & in leg. Non omnis. ff. Si certum petat. testamentum autem non revocatur, nisi per aliud æquè solemne. §. Ex eo autem solo. Institut. Quibus modis Testament. infirmant. Tiraquel. in *Leg. connub. glos. 5. numer. 73. tradit Matienz. in leg. 1. glos. 10. tit. 4. lib. 9. Recopil. num. 5. & 6. & in leg. 7. tit. 10. lib. 5. glos. 2. n. 31. ad fin.**

(b) Eadem hanc Sententiam tenet, communemque testatur Menchaca lib. 1. *Controversiar. usu frequentium. cap. 22. num. 13. Gutierrez de Juramento confirmatorio. 1. part. cap. 13. num. 4. & novissimè Spin. de Testament. 5. part. Glos. Rubrica. Matienz. in leg. 2. titul. 3. gloss. 1. numer. 3. lib. 5. Recopilat. Tiraquel. de *Lege connub. glos. 5. num. 93. Castill. in leg. 55. Tauri. num. 4. Aceved. in leg. 4. tit. 4. lib. 5. Recopilat.**

(c) Furiosum perpetuo morbo laborantem testari prohiberi, multis relatis comprobat Spin. de *Testament. glos. 10. Rubric. per totam. ubi etiam latè agit, utrum matrimonium contrahere possit?*

Anton. Gomez. ad Leg. Tauri.

B 2